



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

Eynatten, Maximilien de

Antverpiae, 1626

Benedictio Quarumcumque medicinarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

Benedictio quarumcumque M E-
D I C I N A R V M.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.
Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-
ritu tuo. Oremus.

SVmme Deus, qui summa & media ima-
qué custodis, qui omnem creaturam in-
trinsecus ambiendo concludis, sancti+fica-
re, & bene+ficare digneris hanc medicin-
nam, & bene+ditionem tuam super eam
digneris effundere, ut per tuam sāctissimam
virtutem, & copiosissimam benedictionem,
per signum sāctæ Crucis + impertitam, om-
nis virtus diabolica ab hac creatura, quæ
hanc medicinam sumptura est, expellatur
& annihiletur, tantamq;e virtutem merito
Passionis tuę, & viuificæ Crucis + recipiat,
vt omnes immundos spiritus, incantatio-
nes, ligaturas, signaturas, facturas, & omnia
maleficia possit expellere & diuertere à fa-
mulo tuo qui ea vtetur, exhibeatq;e ei ple-
num sanitatis effectum. Per Dominum no-
strum Iesum, &c. *Resp.* Amen.

Oremus.

Benedico te, creatura medicinæ, in no-
mine altissimi Patris +, & Filij +, & Spi-
ritus + sancti, qui te creauit pro tutela hu-
mani

V mani

306 M A N V A L I S E X O R C I S M O R V M
mani generis. Et rogamus te Dñe Deus no-
ster, vt hæc creatura medicinæ famulo tuo
qui ea vtetur, in nomine sanctæ Trinitatis
efficiatur salutare remedium, sitq;e perfe-
cta medicina in visceribus eius. Qui in Tri-
nitate perfecta viuis & regnas in sæcula sæ-
culorum. *Resp.* Amen.

Deinde aspergat Aqua benedicta.

Benedictio T H A L A M I .

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.
Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-
ritu tuo. Oremus.

Bene dic, Domine, thalamum hunc: vt
omnes habitates in eo, in tua pace con-
fistant, & senescant, & multiplicentur in
longitudinem dierum cum incolitate
mentis & corporis, & ad regna cælorum
perueniant. Per Dñm nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

Creator & conseruator humani generis,
dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ
salutis; tu Domine emitte bene dicitionem
tuam super hunc thalamum, vt quicumque
in eo requiescat, in virtute cælestis defensio-
nis ad vitam æternam proficiat, & à suis lan-
guoribus & doloribus, omnibusq;e insi-
diis & machinationibus diaboli & ministro-
rum